



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Narsa Ductore exercitus, & eius erga Deum pietate. Caput XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

Abasgos ædificato, Sacerdotes illis designauit: à quibus Christianæ religionis dogmata accuratissimè didicerunt.

*Quòd qui Tanaim incolunt, eodem tempore Christi fidem amplexati sunt, & de terræ quassationibus quæ per Græciam & Achaiam euenerunt.*

*Caput XXII.*

**E**ST porrò ab eodem historico scriptis mādatum, eos qui circiter Tanain habitāt (Tanain autem appellant indigenæ amnem illum, qui ex Meotide Palude in Pontum Euxinum influit) orasse Iustinianum, vti episcopum ad ipsos mitteret. Iustinianum autem diligenter, quod erat ab illis rogatum, perfecisse, libentissimoque animo ad eos misisse episcopum. Idem author docet, id quæ valde diserte, Gotthos, regnante Iustiniano, ex Mæotide in fines Romanorum excursions fecisse: ingentisque terræmotus accidisse in Græcia, Bœotiam quoque, Achaiam, & loca circa sinum Crissæum cōcussa, regiones infinitas vastatas, vrbes ad terram deturbatas, & hiatus multis in locis contigisse, qui in vnū denuò in aliquibus locis coiùere: in nonnullis locis, aperti mansere.

*De Narfa Ductore exercitus, & eius erga Deum pietate.*

*Caput XXIII.*

**S**cribit etiam Procopius expeditionem Narfis ducis à Iustiniauo in Italiam missi, & qua ratione Totilam deuicerit, & postea Tejan, & quemadmodum Roma iam quintò capta fuerit. Commemoratum est porrò ab his, qui vnà cum Narfe fuerunt, dum precibus & alijs pietatis officijs diuinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret, sanctam virginem Deiparam ei apparuisse, planeque tempus præscripsisse, quo bellum cū hostibus gereret: atque vt nō prius ad prelium committendum se accingeret, quam cœlitus signum acciperet. Multæ aliæ quoque res à Narfe valde memorabiles gestæ sunt. Nam Buselinum, & Syndualdum expugnauit, multaque loca ad Oceanum vsque, in suam redegit potestatem. Quæ res sunt quidem ab Agathio rhetore literis prodite, nōdū tamē ad nos peruenerūt.

Quòd